UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput III. Iterum de virtute Pulcheriae, ac sororum jus: & quam Deo charae fuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

A Ac protinus ferreis vinculis operâ artificum circumquaque exemptis, operculum facilè poſthac extractum fuit. Sub quo magna copia unguentorum, & in his duæ Pyxides argenteæ repertæ ſunt, in quibus ſacræ reliquiæ erant recònditæ. Ac tum quidem Auguſta, facta oratione, gratias egit Deo, quod ipſam tanta viſione dignatus eſſet, & quod ſacras reliquias tandem reperiſſet. Poſtmodum vero, cum Martyres pretioſiſſimâ capsâ honoraſſet, eos juxta admirandum Thyrſum depoſuit: publica feſtivitate, ut par erat, & ſolenni pompa cum pſalmodiis & competenti cultu celebratâ: cui ego quoque interfui. B Et hæc quidem in hunc modum geſta eſſe, teſtabuntur hi, qui feſtivitati interfuerunt: omnes enim ferme adhuc ſuperſunt. Quippe hæc diu poſtea contigerunt Proclo, Conſtantinopolitanam Eccleſiam adminiſtrante.

αὐτίκα δὲ διὰ τῶν ἐπιστημόνων περιαιρεθέντων τῶν σιδηρείων δεσμῶν, εὐπετῶς ἐξελκύσθη τὸ ἐπίθεμα· ὑπὸ δὲ τοῦτο μύρα πολλά, καὶ ἐν τοῖς μύροις ἀλάβαστροι θῆκαι ἀργυραῖ δύο εὑρέθησαν, ἐν αἷς τὰ ἱερὰ λείψανα ἔκειτο. Τότε μὲν οὖν ἡ βασιλὶς εὐχαριστήρια ηὔξατο τῷ θεῷ, τοσαύτης ἐπιφανείας ἀξιωθεῖσα καὶ τῆς εὑρέσεως ἐπιτυχοῦσα τῶν ἱερῶν λειψάνων. μετὰ δὲ ταῦτα, πολυτελεστάτῃ θήκῃ τιμήσασα τοὺς μάρτυρας, παρὰ τὸν θεσπέσιον Θύρσον κατέθετο, δημοτελοῦς ἑορτῆς, ὡς εἰκός, καὶ τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ πομπῆς σὺν ψαλμῳδίαις ἐπιτελεσθείσης, ᾗ καὶ αὐτὸς ἐγὼ παρεγενόμην. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδε ἐγένετο, οἱ παρατυχόντες τῇ ἑορτῇ μαρτυρήσουσι· σχεδὸν γὰρ ἔτι πάντες περίεισι, καθότι πολλῷ ὕστερον συνέβη, Πρόκλου ἐπιτροπεύοντος τὴν Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν.

Caput III.

Iterum de virtute Pulcheriæ, ac ſororum jus: & quam Deo charæ fuerint.

C Sed & aliis in rebus, Deus id quod venturum erat, Auguſtæ ſæpius prænuntiaſſe dicitur: multaque tum illi, tum ſororibus accidiſſe fama eſt, quæ Dei erga illas amorem teſtarentur. Nam & illæ idem vivendi genus inſtitutumque ſectantur. Erga ſacerdotes ac ſacras ædes promptæ ac ſedulæ: in peregrinos, egentes ac pauperes munificæ. Menſa ut plurimum eadem eſt omnibus, idemque proceſſus. Noctu atque interdiu Hymnos Deo ſimul canunt. Et prout honeſtarum mulierum conſuetudo eſt, texendi & hujuscemodi operum D ſtudioſæ ſunt. Otium enim ac deſidiam, quamvis Auguſtæ, & in Imperio natæ atque educatæ, ſacra virginitate quam profitentur, indignam eſſe cenſuerunt, & à vita ſua procul amandarunt. Qua de cauſa cum Deus manifeſte propitius eſſet, earumque domum præſidio ſuo tueretur, Imperatoris quidem & ætas & Imperium indies creſcebat. Inſidiæ vero & bella, quæcunque adverſus illum conflata erant, ſua ſponte diſcutiebantur.

Κεφ. γ'.

Ἔτι περὶ ἀρετῆς καὶ θεοφιλείας τῆς Πουλχερίας, καὶ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν.

Λόγος δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλοις πράγμασι πολλάκις τὸν θεὸν προαναφῆναι τὸ μέλλον τῇ βασιλίδι, καὶ πλεῖστα θεοφιλείαν μαρτυροῦντα συμβῆναι περὶ αὐτὴν καὶ τὰς αὐτῆς ἀδελφάς· ἐπεὶ καὶ αὗται τὸν ἴσον πολιτεύονται τρόπον, περὶ τοὺς ἱερέας, καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους σπουδάζουσαι, καὶ περὶ τοὺς δεομένους ξένους καὶ πτωχοὺς φιλοτιμούμεναι· τράπεζα καὶ πρόοδος ὡς ἐπίπαν ἡ αὐτὴ πάσαις· κοινῇ τε νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν θεὸν ὑμνοῦσι· καὶ οἷα ἀξιαγάστων γυναικῶν νόμος, ὑφασμάτων καὶ τῶν τοιούτων ἔργων ἐπιμελοῦνται· ῥᾳστώνην δὲ καὶ ἀργίαν, καίπερ βασιλίδες οὖσαι καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις τεχθεῖσαι, καὶ τραφεῖσαι, παρθενίας ἱερᾶς τὴν μελετῶσιν, ἀναξίαν ἡγήσαντο, καὶ τοῦ οἰκείου βίου ἀφώρισαν· διὰ ταῦτα δὲ περιφανῶς ἵλεω ὄντος τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν αὐτῶν οἶκον ὑπερμαχοῦντος, τῷ μὲν κρατοῦντι, τά τε ἡλικίας καὶ τῆς ἀρχῆς ἐπεδίδου· πᾶσα δὲ ἐπιβουλή, καὶ πόλεμος κατ' αὐτοῦ συνιστάμενος, αὐτομάτως διελύετο.